

Appendix. — Europa Nro. 65.

Regnum Mortuorum.

Sermo Politicus de Svecia.

Elysium — Meum 29. Julii 1808.

Erat tempus, quo Svecia victorias suas per Germaniam propagavit.

Puffendorf.

Dum Peregrinator ruinas arcium in altis montibus videt, curiositate abreptus interrogat: Quis has aedes evertit? — Ruricolae in promptu respondent: — Est hoc ex bello Svecico. Haec traditio ab inferiori Saxonia usque ad Rhenum communis est; Omnes ruinae, quarum turres, et muri super nudis saxis hinc inde adhuc visuntur, bello Svecico adscribuntur; Nam fuit tempus, quo Svecia victorias suas per Germaniam propagavit, prout nobis Puffendorfius, qui historiam Sveciae scripserat, narrat.

Notum est, populos aquilonares olim se constanter versus mitiores regiones protrusisse; Vandail, Gothique usque plane Hispaniam pervenerunt; obruerunt, diviseruntque ditiones Romanorum. Tristis profecto conspectus fuisse debuit, bellicosas barbarorum phalanges ab aquilone regiones inundantes cernere, quae nullibi sedes fixas habebant, sed quarum una alteram protrusit. Venit tandem Religio Christiana, quae feros populos fixis in sedibus continuit, eisque religiosas simul et geographicas regnorum divisiones in Episcopatus assignavit.

Beneficia doctrinae Christianae quam tardissime penetrarunt in Sveciam. Saeculo 9 advenerunt quidem pii Praedicatores, sed parum admodum effecerunt; Adhuc Saeculo 11 habitabant in littoribus Sveciae Pagani. Sed temporibus Taciti fuerant Svevi sub uno capite jam conjuncti, et uni parebant Duci. Ante finem Saeculi 16. ignota Svecis nomina Comitum, Baronum, Marchionum, primus hos titulos induxit Rex Ericus, filius Gustavi Vasa circa annum 1561. ut hac ratione amorem, fidemque potentiorum sibi consiliet; sed haec media parum ipsi profuerunt, et reliquit novum exemplum infelicitatis, quae communiter despotismum sequitur; Princeps hic, filius Restauratoris Svecicae Monarchiae, in publico nationis conventu atrocissimum criminum accusatus, depositus, et ad carceres damnatus est.

Pauca admodum regna tantam in theatro politico luserunt scenam, quantam Svecia. Gustavus Adolphus, Carolus XII et Regina Christina adhuc in recenti sunt memoria. Singulare profecto, quod in climate, ubi terra vix per duos menses aliquid producit, intra breve tempus tot magni vini prodiverint, quos hodie dum omnis stupet Europa. Scientias et artes florent; Holmiae est celeberrima scientiarum Accademia, et maximus in omni Europa Botanicus est Svecus. Interim advertere hic tamen possumus, Sveciam, dum victorias suas per Germaniam propagavit, sibi ipsi male consuluisse. Facta heroica Caroli 12 diminuerant Svecicam Monarchiam. Ubi nunc Petropolis stat, erat fundus Svecicus. Tristis recordatio pro Heroibus!

Post hanc ultimam heroicam operam debuit Svecia politicae suae aliam dare directionem. Russiae potentia exsurrexit altius, quam ut armorum fortunam contra illam tentare consilium esset. Cabinetum ergo Holmiese apud aias aulas conservationis sui fulcimenta quaesivit; ratione proprii commodi semet semper Galliae, et Turciae adjunxit, et dum Russia versus Turciam sui extensionem quaesivit, Svecia semper erat in armis. In recenti adhuc memoria est, quomodo adhuc ultimus Sveciae Rex contra Russiam semet gesserit, qualeque Manifestum contra Cathrinam publicaverit, ut nempe arma deponat, quo facto se ipsi apud Turcas pacem exoperaturum (Dum hoc manifestum legebatur, audiebantur tormenta Svecica Petropoli) Magnum sane argumentum tendentiae Politicae Svecicae!

Ast modernus Europae status politicus aliam induxit directionem. Rex Sveciae recessit ab sistemate, quod hactenus observatum erat. Paulo ante pugnam Jenensem ignorabatur, quamnam Svecia partem sequeretur. Successerunt tractatus, qui rem adhuc magis ambiguam effecerunt, donec Rex Sveciae se apertum Galliae hostem declaravit. Si Svecia semet Russiae adjunxit, debuisset etiam post pacem chronopolitanam russicam tendentiam aequi, ast recte oppositum secuta est principium, et Galliae, atque Russiae, imo totius Europae, quae se contra Angliam conjunxit, hostis evasit.

Hic incipit tristis epocha, a qua fata adversa Sveciam cingunt. Amisit Pomeraniam suam: amisit promptuarium frumenti Finlandiam, quae Russiae adjuncta est; Invasiones Svecorum in Norvegiam non tantum non successerunt, sed plane in caput Svecorum reciderunt. Copiae anglicae, quae auxilio venerunt, nec navibus suis excesserunt, et quin vel muscam occidissent, unde venerunt, redierunt. Stat ergo nunc Svecia in peninsula Scandinavia sibi soli relicta, terra et mari hostibus circumdata, quin alicunde spem auxilii

fiabe
rium
tis im
antiq
Sveci
tem a
volun
contra
liea S
pagav
aras t

tas: c
sicum
stodia
tum S
In aq
per co
Padi
illie c
nis ha
Cher
littora
bant;
brou

rum
rones
tura
tation
tur a
milit
cipit
(circ
mera
re, u
quas
quod
gulan
cilius
accip
missa

exhil
onem
est. l

fiabeat. Haec est sane tristis situatio, quae ictum decretorum amplius evitare non potest; Cogetur ergo Svecia, factis imperantibus, ad prius sistema suum redire, ast non antiqua Svecia, sed per occupationes membris truncata Svecia. Classis anglica cum suo Gotthenburgo discessu partem annonae suae Svecis cessit, ex quo aliqui deducere volunt, ei non esse voluntatem amplius redeundi, minus contra Norvegiam aliquid tentandi. Ita desiit Epopea bellica Sveciae, quae olim victorias suas per Germaniam propagavit. — Nunc propagant alii per Sveciam — *Hodie mihi, aras tibi.*

Legitur in Ephemeridibus publicis singularis illa novitas: quod Rex Sveciae reducem ex Anglia Legatum Borussiae Baronem *Jacobi*, dum Gotthenburgi advenit, custodiae tradi jusserit, donec certa adesset relatio; Legatum Svecicum *D. Brinkmann* Regiomonto discessisse. — In aquis veneticis Angli varia tentarunt, sed irritum semper conatu; 29. Julii voluerunt evertere aggeres, ad ostium Padi erectos, rapereque naves, quae sub horum praesidio illic quiescebant; sed non successit eis rapina. Jam a 2 annis habebant latebram in parva quadam Dalmatiae Insula *Cherso*, portum nempe *Lussin Piccolo* nominatum, unde littora Dalmatiae, Istriae, Venetiae, et Tergesti infestabant; sed praeclassit hoc etiam latibulum Colonellus *Dembrowsky*, qui hanc insulam, portumque occupavit.

In Russia novum prodixit Regulamentum statuendum tyronum militarium, vigore cujus Dominia, quae tyrones statuunt; id, quod antea ad eorum rationem in natura praestabant, nunc parato relucere debent. Pro completionem regiminum, unum in aliud computando, requiruntur annue 58. mille tyrones. Quivis tyro a die, quo pro milite accipitur, usque dum ad regimen suum veniat, accipit praeter vestitum et victum, menstruatim 50 Kopeces (circiter 1 florenum) sed 11 duntaxat menses pro anno numerando, cum supponatur, unum mensem in itinere exigere, ubi omnia gratis accipit. Hactenus debebat tyro res suas, quas Dominus suus ipsi in natura dederat, ipse portare, quod saepius ipsi onus grave fuerat; hinc per novum regulamentum tyro alleviatur, sed Statuentes Domini difficilius solvunt parato, quam antea in natura. In itinere tyro accipit a communitatibus omnia necessaria, quae per Commissarios militares currenti pretio bonificantur.

Diarium Politicum.

D. Simeon, Minister Justitiae in Regno Vestphaliae exhibuit statibus Regni diaetaliter congregatis delineationem status praesentis patriae, quod opus perfectissimum est. Ex hac deductione videmus, Codicem Napoleonis va-

rias mutationes subire debuissae, quae genio Germanorum magis conveniunt.

Praefectus Departamenti Soar *Kepler* haec ad Praefectos, et civitatum Consules totius Departamenti scripsit: Relatum est mihi, in compluribus communitatibus per intempestas visitationes Judaeos vexari, commercium, et opificium eorum turbari, imo ex falsa Decreti Caesarei interpretatione eos actioni subjectos esse. Similes oppressiones sunt injustae, et censuram merentur; Ideo vos provo- co, ut progressionem mali sistatis; sunt enim haec menti legis, et intentioni Gubernii contraria; scopus enim utriusque est, ut quodammodo Judaei ad agriculturam, et opificia, quae industriam requirunt, provocentur, et saenerationi, prohibitoque pecuniae commercio renuncient. Debent quidem Judaei in posterum sub strenua vigilantia esse, sed sub praetextu praeteritorum non debent juribus privari, quae praesens legislatio eis concessit; Uno verbo: consuetudines, et principia eorum debent emendari, quin tamen animis dejiciantur. Quod formalitates in expediendis Patentibus concernit, ulterior superiorum inviatio expectanda est, id unum pro directione Magistratuum, quibus haec expeditio delata est, adnotandum censui; Quod si tales Patentales denegandas esse censeant, haec denegatio factis in niti debeat, non autem nudis dictionibus, praecedentiis, praesumptionibus, et intolerantia.

Magnus Dux Montanus contraxit in Hispania morbum, et ideo pro aliquo tempore ad *Barreges* in thermas discessit, Uxor vero Parisios rediit. Madriti 16. sonitus omnium campanarum per totam urbem, et frequentissimae tormentorum explosiones annunciabant adventum novi Regis ad terram Hispaniae, et vesperi tota urbs festivis ignibus emicabat.

In Hispania numerantur 8. milliones ovium, et 40000 Opiliones; in provincia *Valencia* vero est species trifolii, quod singulo mense falcari potest, et pluribus annis durat. — Imperator Russorum parat iter, cujus scopus extra proprias divisiones esse dicitur. — Si status modernus rerum circa exclusionem mercium colonialium adhuc tribus annis perduret, recidet Continens relate ad has merces ad illum statum, in quo ante detectionem Americae fuerat.

Imperator Napoleon et Imperatrix 20. Julii discesserunt Bajonna, itinere versus *Pau* sumpto; diciturque meridionalia Imperii Departamenta visitaturus. — In locum Generalis Imperii Confederationem Helveticam legati munere pro parte Galliae fungebatur, successit Augustus *Talleyrand*, qui est fratruelis Principis Benevento, et filius Baronis *Talleyrand*, qui Anno 1790 Neapoli Legatus fuerat. — Vites in Campania laetam promittunt vindemiam.

orum

Pro-
scri-
us per
m, et
rei in-
pressi-
rovo-
legis,
e est,
quae
prohi-
videm
d sub
quae
dines,
nimis
alibus
st, id
pedi-
a: en-
is in
prae-

bum,
essit,
cam-
orum
ram
at.
oooo
folii,
t. —
prias
a ex-
uret,
a, in

erunt
aalia
ralis
mu-
Tal-
ilium
s fu-
iam.



um
ro-
ri-
per
et
in-
si-
ro-
is,
st,
ae
hi-
em
ub
ae
es,
nis
us
id
di-
en-
in
e-
m,
it,
m-
m
m
oo
ii,
—
as
x-
et,
in
nt
lia
lis
u-
z/
us
fu-
m.

in eph
ducta
rum s
Regna
gere n
ragrap
ter mo
audire
hae De
vicino
sia av
nulli a
lectent
— Ide
septen
riuntu
illis st
qui lib
opinio
chen
ad ess
holz
hodie
sentan
datur
devict
Diariis
usque
sellii v
deriva
P
opuscu
gicæ,